



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 2. Scriptum Anabaptistarum in duodecim articulos partitum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæcul. XVI rent, adversus Principes suos sæculares  
A.C. 1525. scriptum quoddam evulgarunt, in duodecim postulata, seu articulos distinctum, quod non sine magna temeritate Principibus æque ac Magistratibus obtulerunt.

## §. II.

*Scriptum Anabaptistarum in duodecim articulos partitum.*

*Arnold.* In eo igitur petebant I. ut sibi facultas  
*Meshov. hist.* esset eligendi Ministros Ecclesiarum, qui  
*Anabapt. l. I.* prout jactitabant illi, purum Dei Verbum absque ulla traditione humana ede act. & docerent, ac liberum esset eos officio suo ad  
*Chytr. Sax.* script. Luth. libitum exuere: II. Decimæ tantum darentur ex frumento, in tres partes dividendæ,  
*l. II. Cochl.* scilicet in usum eorumdem Ministrorum, pauperum, & rei publicæ, ac quotannis  
*script. Luth.* a Viris ad hoc deputandis colligerentur. III. Liberi ita essent, ut solum obtemperarent Principum & Magistratum mandatis, quæ ipsimet honesta, & rationi consona censerent, eoquod omnes sanguine Christi in libertatem asserti essent. IV. Fas omnibus esset venari, & piscari, nisi Principes demonstrare possint, quod ejusmodi jura a locorum subditis legitimo emptionis titulo sibi vindicaverint. V. Sylvæ & saltus in omnibus uius ad depellendum frigus, vel fabri-

*Sleid. l. 4.*  
*p. 12. 8*

fabricandum communes essent, ac cu- **Sæcul. XVI.**  
jusque arbitrio relinquerentur. VI. **A.C. 1525.**  
Omnes consuetudines, aut potius cor-  
ruptelæ, quæ contra eorum libertatem  
fuerunt introductæ, tollerentur. VII.  
Pensiones juxta primævam institutio-  
nem solverentur, neutiquam vero illæ  
augerentur. VIII. Omnia prædia, quæ  
a rusticis beneficiario nomine possiden-  
tur, a viris hac in re peritis taxentur,  
ut pensionum summa diminuatur, si  
forte immoderata esset, ne alias coloni  
post solutum dominis suis censum vix  
quid, unde victum ex labore habeant,  
amplius supersit. IX. Jus, prout justi-  
tia, & æquitas petit, cunctis dicatur, in-  
dicta Dominos suos in prædia jure pri-  
vandi pœna. X. Principum prata ad  
communia armentorum paſcua relin-  
querentur. XI. Abrogaretur jus, quo  
Domini bona defuncti subditi confessim  
occupant, & unius anni reditus exi-  
gunt. XII. Denique circa has petitio-  
nes ita sibi satisfieri postulabant, ut, nisi  
illæ concederentur, simul innuerent, non  
sibi defutura media, per quæ contra  
omnes Tyrannorum impetus pristinam  
libertatem suam consequi possent.